



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. IV. Vtrum Christus potestatem suam quam habuit in Sacramenta,
poteruit ministris communicare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

à Christo institutum: can. autem 1. de Sacramentis in genere nihil simile habetur.

Resp. 1. ex ipsis primis verbis satis apparere Cōc. velle extremam vñtionem esse immediatē à Christo institutam, quamvis maioris claritatis causā apponant posteriora verba propter hæreticos, qui censent extremam vñtionem esse humanum inuentum.

Resp. 2. si quis contendat ex ijs non satis constare extremam vñtionem esse immediatē à Christo institutam, sed solum ex posterioribus particulis adiunctis, satis constat illam esse immediatē institutam à Christo, & proinde ex illo can. 1. de extrema vñtione constat Concil. in can. 1. de Sacramentis in genere voluisse definire extremam vñtionem esse immediatē à Christo institutam; cumque de illa sola aliquod dubium inter catholicos esse potuisset, patet quod cū Concilium definit Sacramenta à Christo esse instituta, velut definire esse immediatē instituta ab illo. Confr. Ecclesia semper existimauit fundamenta nostræ religionis à Christo esse relicta: Sacramenta autem præcipue inter huiusmodi fundamenta recensentur.

Antiqui Doctores qui ante exortas hæreses libenter loquentes videntur docere quod aliqua Sacramenta ab hominibus sint tradita, vt Magister dicit. 23. non videntur intelligendi de prima institutione, sed de promulgatione, ita vt solum velint extremam vñtionem ab Ap. post. nobis promulgatam, Iacobi 5.

ARTICVLVS III.

Virum Christus, secundum quod homo, habuerit potestatem operandi interiorum effectum Sacramentorum?

RESPONDET duabus conclusionibus. Prior est, Christus quatenus Deus operatur effectum Sacramentorum per auctoritatem, seu vt causa principalis; vt patet ex art. 1.

Posterior, Christus in quantum homo operatur effectum Sacramenti meritorie & efficienter, vnde in quantum homo habet potestatem quandam excellentie in Sacramentis. 1. quia nobis promouetur est effectum Sacramentorum. 2. quia Sacramenta in eius nomine sanctificantur, & inde 3. oritur quod Sacramenta potuerit instituere. 4. potuit etiam extra Sacramenta eorum effectum conferre.

ARTICVLVS IV.

Virum Christus potestatem suam quam habuit in Sacramenta, potuerit ministris communicare?

RESPONDET duabus conclusionibus. Prior est, Christus non potuit communicare potestatem auctoritatis quam habuit vt Deus, quia nulli pure creaturæ potest communicari virtus principalis iustificandi, & gratiam in anima cau-

landi. Posterior: potestatem verò quam habuit vt homo, potuit communicare. 1. dando hominibus vim merendi virtutem Sacramentorum. 2. & vt in eorum nomine sanctificarentur Sacramenta. 3. & vt possent Sacramenta instituere. 4. vt etiam possent

extra Sacramenta eorumdem effectum conferre. Vbi

Notandum hanc potestatem communicatam puro homini, vel etiam Angelo, futuram longè inferiore potestate Christi illi competente ratione vñtionis hypostaticæ, quia nulla pura creatura potest de rigore iustitiæ promereri alijs gratiam, vel in Sacramento, vel extra Sacramenta conferendam.

Hic vero quaeritur num pura creatura posset ex tali communicatione potestatis Sacramenta instituere? Negat Scotus distinct. 1. quaest. 3. §. *De secundo dico*. Immo idem sentit de humana Christi natura. Scotus sequitur Vasquez disp. 135. cap. 2. num. 21.

Alij asserunt, D. Th. hic, Scotus dist. 1. quaest. 5. art. 4. §. *an forsan hic*; & alij, quorum sententia videtur verior, quia nihil obstat quò minus Deus ita se gerat cum homine, vt si ille velit instituere signa gratiæ conferendæ, Deus se illi adstringat ad gratiam conferendam per huiusmodi signa; quo casu talis homo posset dici moraliter per illa signa gratiam causare, & proinde posset dici Sacramenta instituere.

Ex quo patet responsio ad rationem contrariæ sententiæ. nam licet ad rationem Sacramenti nouæ legis, de quo potissimum quaestio intelligitur, requiratur vt sit signum efficax gratiæ, nulla autem pura creatura propriâ auctoritate possit huiusmodi signa instituere; potest tamen concessione diuina, Deo vt dictum est ex liberali promissione illis signis gratiam annectere.

Aduerte quòd licet hæc potestas puro homini communicari poterit, nulli tamen re ipsa fuerit collata, ne vt ait August. tract. 5. in Ioan. Truus in seruo spem poneret, & non in Domino, videri potest alia ratio apud D. Th. responsione ad primum.

DVBIUM.

De legitimo Sacramentorum ministro.

L V THERVS, vt refert Bell. lib. 1. de Sacramētis in genere cap. 24. docet omnes omnino homines & Angelos, etiam demones, esse Sacramentorum ministros, quia efficacia Sacramentorum non nititur quauitate personæ, sed Christi verbo & ordinatione. Censet tamen ad confusionem vitandam non oportere omnes vti ea potestate, nisi certis euentibus. docet etiam omnes Christianos æqualiter esse sacerdotes, & eandem vim habere in verbo & Sacramento, tamen si nemini ea vti liceat nisi consensu cōmunitatis, vel vocatione maioris.

Caluinus è contrario, eodem Bell. teste loco citato, ita negat hanc potestatem in verbo & Sacramento omnibus concessam esse, vt censeat ne quidem in extrema necessitate permissum esse fœminis baptizare, sed hæc continent errores.

Et quidem dogma Lutheri apertè damnatur in Concil. Trid. sess. 7. can. 10. de Sacramentis in genere. Contra Caluinum facit cōstans sensus Ecclesiæ, secundum quem baptisimus in extrema necessitate à fœmina potest validè, immò & licitè ministrari: de quo suo loco. Facit etiam quod, vt vidimus quaest. 60. art. 6. dubio 2. ad rationem Sacramenti requiratur verba confectionaria, quæ à fœmina possunt adhiberi, cum iuxta illum & alios hæreticos, illa verba solum adhibeantur ad excitandam in nobis fidem remissionis peccatorum. Itaque

Dico 1.

7.
Dubium.
Possetne
pura crea-
tura ex cō-
cessione
Christi Sa-
cramenta
instituere.
Negat
Scotus.
Vasq.
Affirmans
est verior.
S. Thom.
Scotus.

8.
Et istud ta-
men nulli
concessum.
August.

Error Lu-
theri.

Caluini do-
gma oppo-
situm.

Refellitur.
Trident.

9.
Conclusio 1.
Ordinarius
minister est
solus ho-
mo.

Dico 1. ordinarius Sacramentorum minister non potest esse Angelus, sed solus homo. est communis Ecclesiae sensus, & videtur de fide.

Probatur 1. is solus dicendus est minister ordinarius Sacramentorum, de quo constat ex Christi ordinatione, vel Ecclesiae traditione. ex illis autem principiis habemus solum hominem esse ministrum ordinarium. Maior patet, cum Sacramentorum minister debuerit ab auctore Sacramentorum designari, non possumus asserere quemquam esse ministrum nisi nobis constet designatum à Christo, eodem Christo nos per Scripturam vel suam Ecclesiam docente. Minor verò probatur: Christus in Scripturis agens de Sacramentis eorumque administratione, semper sermonem direxit ad homines, eisque administrationem commisit, ut patet Matth. 28. Luc. 22. Ioan. 20. De Ecclesia etiam constat; nam Flor. enumerans ministrum Sacramentorum, semper assignat hominem.

Probatur 2. Sacramenta sunt quaedam signa sensibilia à Christo relicta Ecclesiae sensibili, quibus homines ad salutem possent promoueri; ergo ordinarius eorum minister debet esse sensibilis. Consequentia probatur, quia minister ordinarius debet esse de cetero cui haec bona sunt communicata, prout solent esse ministri aliorum bonorum communium.

Confir. non est dictum Angelis, *pascite oues meas*; neque de illis dicitur quod sint dispensatores mysteriorum. Verigitur Angeli non possunt tanquam ministri ordinarii pascere per Sacramentorum administrationem, vel haec mysteria hominibus dispensare.

Heb. 5.

Confir. 2. Omnis Pontifex ex hominibus assumitur, in ipsis que sunt ad Deum: ad Heb. 5. inter quae sunt Sacramenta, quae sunt excellentissimae nostrae religionis caeremoniae, & praecipui cultus Dei.

Probatur 3. si baptismum & matrimonium excipiamus, in ministro Sacramentorum requiritur character ordinis, quem Angeli non habent, cum non sint capaces recipiendi Sacramenti, nec Sacramenta pro illis sunt instituta.

Probatur 4. constat formam Sacramentorum (excepto matrimonio quod verba propria dicta non requirit) esse voces propriae dictas, & vera verba sensibili & propria locutione proferri solitas; Angeli autem non loquuntur locutione sensibili propria, cum locutio fiat per organa vocalia, & sit actus vitalis.

Chrysost.

His omnibus accedit Chrysost., qui lib. 3. de sacerdotio sentit non esse concessum Angelis ut Sacramenta ministrent: accedit etiam quod iuxta principia haereticorum nihil ea in re debeat asseri, quod in verbo Dei scripto non continetur; Lutherus autem non ostendit ex Scriptura Angelos constitutos esse ministros Sacramentorum, cum ex eadem constet hoc ministerium hominibus commissum quoad Sacramenta quae haeretici admittunt.

10.

Potest An-
gelo com-
mitti extra-
ordinarie.
S. Thom.

Dixi ordinarium ministrum: quia, ut D. Th. art. 7. in corpore, quemadmodum Deus suam virtutem non alligauit Sacramentis, sed potest effectum gratiae &c. absque eis conferre; quia ratione aliqui sentiunt Christum contulisse Apostolis potestatem sacerdotalem sine ordinis Sacramentis: ita ministerium Sacramentorum non ita alligauit hominibus ut non posset illud extraordinarie Angelis committere, quia ratione dicitur sanctum Amphilo- chium ab Angelo fuisse ordinatum in Episcopum, de quo videtur potest Nicephorus lib. 11. historie

cap. 20. ex quo tamen minus solide videtur inten- tum probari, ut facile patere potest illud caput ac- curate consideranti. Quidquid tamen sit de exem- plo, Theologi communiter tenent ministerium Sa- cramenti posse Angelo extraordinarie committi.

Neque obstat quarta ratio à nobis allata; quia forma sacramentalis non ita essentialiter requirit verba, quae sunt terminus locutionis strictè sum- pta, ut ex Dei concessione non sufficiat consimilis sonus reddens eundem sensum secundum com- munem hominum estimationem, quamvis non procedat à principio vitali ipsius soni. Hinc si An- geli boni aliquod sacramentale ministerium exhi- berent, illud habendum esset ratum. nam prae- sumendum esset Deum velle illis uti, cum Angeli beati nec peccare possint, nec homines in errorem inducere. Secus dicendum de demonibus, ut bene notat D. Th. art. 7. cit. cum enim non debeat praesumi Deum velle ijs uti, si aliquod ministerium sa- cramentale exhiberent, illud non esset habendum ratum.

Obijciatur Aug. lib. 2. contra epist. Parmeniani cap. 15. sub finem dicens: *nemo ergo accipit sine dante, sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem adisti Deus qui dicit, & homo qui accipit; siue per seipsum donante Deo, siue per Angelum, siue per hominem sanctam, siue per hominem iniquum; ergo Angelus est minister baptismi.*

Resp. 1. hinc ut summum effici Angelum posse extraordinarie esse ministrum Sacramenti.

Resp. tamen 2. ne quidem id haberi ex praedicta sententia; quia Aug. eam solum adfert ut ostendat, quod licet homo non possit quidquam accipere nisi fuerit illi datum de caelo, possit tamen ali- quid à Deo accipere nullo mediante homine; quod ostendit in Ioanne Baptista, cuius est praedicta sen- tentia, Ioan. 3. siue mediante Angelo, non quidem gratiam conferente, sed ad eam per suasionibus &c. disponente, quam vocat baptismi sanctitatem, non quod re ipsa detur per baptismum, sed quod sit si- milis gratiae per baptismum collata.

Dico 2. non omnis homo est minister Sacra- mentorum, sed tantum is qui legitime est ab Ec- clesia ordinatus: excipio baptismum & matrimo- nium, de quibus propriis locis agendum.

Definitur in Concil. Trid. sess. 7. can. 10. cit. *Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & in omnibus Sacramentis administrandos habere potestatem, anathema sit.*

Probatur plerisque rationibus praecedentis conclusionis. 1. non potest de omnibus hominibus constare ex Christi ordinatione vel sensu Ecclesiae, cum Christus sermonem de Sacramentis instituit illum direxerit ad certum genus hominum, ut pa- tet ex locis Scripturae praecedenti conclusione ci- tatis, & Ecclesia tradat certos quosdam esse mini- stros Sacramentorum, ut patet ex Flor. 2. non om- nes sunt dispensatores mysteriorum Dei. 3. in Ec- clesia est distinctio functionum & officiorum iux- ta Apost. ad Ephes. 4. Accedit quod in republica bene ordinata non omnes sint duces; sed alij praesint, alij subint. 4. si omnes Christiani sunt sacer- dotes, cur tam multi prohibentur absque vlla sua culpa munus suum exercere? certe consilio quae mouet Lutherum ad asserendum non conuenire ut omnes exerceant, eundem iure mouere deberet ad asserendum potestatem ministrandi Sacramen- ta non esse omnibus concessam.

Aduerte quod licet ad validam Sacramento- rum administrationem requiratur legitima ordi- natio, ea tamen nec semper sola sufficiat, ut patet in Sacra-

11.

Habendum
est pro-
ro, si boni
Angeli Sa-
cram. ali-
quod mune-
re possent.

Obijciatur

contra con-
clusionem
Aug.

Resp.

11.

Ciculus 1.
Nō omni
homo est
minister Sa-
cramentorum.

Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & in omnibus Sacramentis administrandos habere potestatem, anathema sit.

Probatur plerisque rationibus praecedentis conclusionis.

1. non potest de omnibus hominibus constare ex Christi ordinatione vel sensu Ecclesiae, cum Christus sermonem de Sacramentis instituit illum direxerit ad certum genus hominum, ut patet ex locis Scripturae praecedenti conclusione ci- tatis, & Ecclesia tradat certos quosdam esse mini- stros Sacramentorum, ut patet ex Flor. 2. non om- nes sunt dispensatores mysteriorum Dei. 3. in Ec- clesia est distinctio functionum & officiorum iux- ta Apost. ad Ephes. 4. Accedit quod in republica bene ordinata non omnes sint duces; sed alij praesint, alij subint. 4. si omnes Christiani sunt sacer- dotes, cur tam multi prohibentur absque vlla sua culpa munus suum exercere? certe consilio quae mouet Lutherum ad asserendum non conuenire ut omnes exerceant, eundem iure mouere deberet ad asserendum potestatem ministrandi Sacramen- ta non esse omnibus concessam.

Epist. 4.

13.

Non solum
per suffi-
cientiam
ordinatio.

in Sacramento penitentiae, de quo suo loco; nec ut sufficiat in reliquis ad valorem Sacramenti, factis sit ut Sacramenta licite cuicumque ministrantur; nam ut alicui licite ministretur Sacramentum, praeter Ordinem requiritur potestas ordinaria, vel delegata, & quidem non impedita respectu illius. Ratio est, quod sit Pastorum in Ecclesia admittere, medicinam spirituales praebere, docere & milites spirituales creare. &c. unde Episcopus non potest subditos alterius Episcopi sine eius facultate ordinare, Pastor non potest alterius subditum propria auctoritate Sacramento extreme unctionis munire, & secus facientes graviter peccant; similiter peccant si ministrent Sacramenta etiam suis, quando sunt legitime prohibiti.

Dices Apocal. 5. dicitur: *scripsi nos Deo nostro regnum & sacerdotes*; ergo singuli homines sunt sacerdotes; ergo possunt valide Sacramenta ministrare.

Resp. neg. priorem consequentiam, quia praedictus locus non necessario intelligitur de sacerdotio strictè sumpto, sed latiori significatione, pro potestate offerendi Deo sacrificium spirituale bonorum operum. Christus enim nobis est promeritus ut spirituales hostias bonorum operum possemus aeterno Patri offerre. 2. quamvis locus de sacerdotio strictè sumpto intelligeretur, sensus illius non esset quod singuli Christiani sint sacerdotes, sed quod in sola Ecclesia sit verum sacerdotium: quemadmodum quando Exodi 19. dicitur, *et vos eritis mihi in regnum sacerdotale*, non designatur quod omnes Iudaei futuri essent sacerdotes, sed quod in eorum regno futurum esset verum sacerdotium à Deo constitutum.

ARTICULUS V.

Vtrum per malos ministros Sacramenta conferri possint?

Sens articuli est, an Sacramenta possint per malos ministros valide conferri, si adsint caetera ad Sacramenti substantiam necessaria.

Respondet autem affirmatiue, quia minister Sacramenti operatur tanquam instrumentum; instrumentum vero non agit secundum propriam virtutem, sed secundum virtutem acceptam ab alio cuius est instrumentum; & proinde si minister retineat virtutem quae requiritur in illo ut est instrumentum, valide conficiet Sacramentum: ad rationem autem instrumenti in ministro eius bonitas est impertinens.

Aduerte ex solutione ad 3. aliquid dupliciter dici debitum in Sacramento: uno modo necessitate Sacramenti, sine quo Sacramentum confici nequit; qua ratione debita est materia, forma, intentio ministri; altero secundum quandam decentiam, quo modo probitas requiritur in ministro, cum deceat sacerdotum ministros in vitae puritate & probitate assimilari principali agenti in Sacramentis.

D V B I V M I.

Vtrum Sacramentum collatum à malo ministro sit validum?

CIRCA hanc materiam errarunt varij haeretici. Nam Donatistae improbabant baptismum collatum à manifestis peccatoribus; ut colligitur ex August. lib. 2. contra epist. Parmeniani cap. 10. sub medium; immo improbabant collatum à quocumque peccatore etiam occulto, ut satis patet ex eodem Aug. cap. 15. lib. citati. Wicleff. existimauit praescitos non conficere Sacramentum, teste Waldensi tomo 2. cap. 14.

Sed certà fide tenendum est Sacramentum non reddi inualidum propter ministri improbitatem, si adsint necessaria ad valorem Sacramenti. patet ex Concil. Trid. sess. 7. can. 12. de Sacramentis in genere. *Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quae ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum; anathema sit.* Idem definitum est de ministro Sacramenti penitentiae sess. 14. eiusdem Concil. can. 10. Patet etiam ex Concil. Constantiensi. sess. 8. in qua damnatur articulus quartus Ioannis Wicleffi qui sic habet: *si Episcopus vel sacerdos est in peccato mortali non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.*

Probatur 1. ex Patribus. August. in libris contra Donatistas hunc eorum errorem refellit, & peculiariter lib. 2. contra epist. Parmeniani citato. Idem tract. 5. in Ioan. circa medium dicens: *quid non nouerat? (scilicet Ioannes in Christo) praestantem baptismi ipsum Dominum habiturum, & sibi retenturum &c. & infra; sed ministerium plane transierunt in bonos & malos, &c. quid tibi facit malus minister ubi bonus est Dominus? eodem tract. sub finem ex illo Ioan. 4. Quamquam non baptizaret, sed discipuli eius; colligit Iudam validè baptizasse, cum ab eo baptizati, non fuerint rebaptizati. Chrysost. homilia 85. in Ioan. sub finem: *sacerdos & linguam & manus praebet, neque enim iustum est propter alius malitiam ad salutis nostrae symbola fide accedentes offendi.**

Probatur 2. character non deperditur per peccatum; ergo nec potestas validè Sacramentum conficiendi vel conferendi. Antecedens patet ex dictis, quod scilicet character saltem in hac vita sit indelebilis, & ex eo quod sacerdos peccator non ordinetur iteratò quando resurgit à peccato. Consequentia probatur, potestas validè conficiendi Sacramentum in hac vita inseparabiliter comitatur characterem.

Probatur 3. si valor Sacramenti dependeret à probitate ministri, Christus Dominus instituentdo Sacramenta parum Ecclesiae suae consuluisse. nam v. ul quisque semper meritò posset dubitare, num Sacramentum validè suscepisset, eò quod fortè minister sit improbus; pertinuit ergo ad suam Dei prouidentiam ita Sacramenta institueri, ut quoad substantiam non penderent à probitate ministri, & ut per malos ministros eorum effectus possent conferri.

Confir. 1. probitas vel improbitas ministri est conditio personalis & particularis, cuius proinde decuit non haberi rationem ad hoc ut Sacramentum esset validum.

Confir. 2.

16.

Error Donatistarum.

Item Wicleff.

Resp. affirmans est de fide.

Trident.

Constantiensis.

17.

Prob. ex PP.

August.

Chrysost.

18.

Prob. ratione.

11.

Ephesi. 4.

13.

Non tenentur per se ordinari.